



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De peccato derisionis. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

enim perdidit aurum & argentum. Et cum homine linguato. vnde Eccl. 7. Non litiges cum homine linguato, neq; struas in igne illius ligna. Et cū homine iracundo. vnde in eodem: Cum iracūdo nō facias rixā. Item cū propria vxore. Ex quo enim aliquis litē habere cōperit cum vxore, nunquam habebit quietē. Pro. 19. Tecta iugiter perstillātia, litigiosa mulier. Qui in domo perstillāti est, quādo vult declinare vnum stillicidium in vno loco, inuenit illud in alio, & ita nō inuenit ibi quietem. Sic vir & vxor quietem nō inueniunt, ex quo cōperint litigiosi esse, & valde male est eis, quantascūq; delicias habeāt. vnde Prouer. 27. Melior est buccella sicca cū gaudio, quā domus plena victimis cū iurgio. & licet de nulla re litigandū sit, præcipue tamen non est litigandū de te, quæ hominem non molestat. Vnde Eccl. 11. De illa re quæ te non molestat, ne certaueris.

De peccato derisionis.

CAP. XI.

DE derisione quam mali faciunt bonis, breuiter pertransimus, cum de ea dictū sit in tract. de ornatu, in cap. de verecūdia. Hoc solū addētes quod legitur Neemias dixisse 2. Esd. 4. quū Tobias Ammonites irrideret Iudæos ædificantes, dicens: Si ascenderit vulpes, transiliet murū eorū lapideū: audi, inquit, De^o noster, qā facti sum^{us} despectui: cōuerte opprobriū sup caput eorū. & paulò pōst subdit: Ne operias iniquitatē eorū corā facie tua, & peccata eorū nō deleātur: quia irriserūt ædificantes.

De peccato prauī consilij, & de his quæ deberent cohibere homines ab hoc peccato.

CAP. XII.

Sequitur de peccato prauī cōsilij. A quo peccato deberet cohibere homines. Primò q̄ prauus consiliarius proditor est. Decipit enim eū qui in eo cōfidit: scilicet eū qui ab eo consiliū petit: quod nō est paruū peccatum. vnde Prou. 26. Sicut noxius est qui mittit lāceas & sagittas in mortē: ita vir qui fraudulēter nocet amico suo. ¶ Secundo deberet cohibere homines ab hoc peccato, q̄ prauī cōsiliarij quasi omnia mala faciūt: sic tamē vt nihil mali fecisse videātur. Ipsi dant palmas in faciem Christi & in membris eius, dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit: vt legitur factum fuisse Mat. 26. Cum Dominus captus teneretur: quasi Dominus ignorare possit astutias eorū, cum scriptū sit Iob 12. Ipse nouit decipientem, & eū qui decipitur. ¶ Tertio deberet cohibere homines ab hoc peccato, q̄ cōsiliarius prauus illud consilium, quod ipse vult dare contra aliquos, primo dat cōtra seipsum. Istud enim habet iustitię omnis iniustitia, quod quicunq; vult nocere alij, primo noceat sibi.